

www.e-rara.ch

Enchiridion militis christiani, saluberrimis praeceptis refertum

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1540

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-4944>

Concio de puero lesu pronunciata a puero in schola Coletica, nuper instituta Londini

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

CONCIO DE PVE

RO IESV PRONVNCA

ta à puero in schola Coletica, nuper
instituta Londini.



VER apud pueros uerba facturus de ineffabili puero Iesu, non optarim mihi Tullianam illā eloquentiam, quæ breui atq; inani uoluptate aures de liniat. Quam enim abest Christi sapientia à sapientia mūdi (abest autē immēso interuallo) tāturn oportet Christianam eloquentiā à mundana differre eloquentia. Sed illud unā mecum ardentibus uotis impetretis uelim, ab optimi Iesu optimo patre deo, à quo ceu fonte bonorū omnium summa profisciscitur, quiq; solus fœcūdo illo suo spiritu linguas infantium reddit disertas, uel ē lactentiū ore laudē absolutā depromere solitus: ut quemadmodum omnis nostra uita nō alium exprimere debet, q̄ ipsum de quo dicturi sumus Iesum, ita et oratio nostra illū sapiat, illum referat, illum spiret, qui et uerbum est patris, et uerba uitæ solus habet, cuius sermo uiuus, et efficax penetratior est quouis gladio ancipiti, ad intimos

IESV AVT. DES. ERAS. ROT.

intimos etiam cordis recessus penetrās: utq; ipse de
cuius uentre flumina promanāt aquae uiuae, nō gra
uetur per organū uocis nostrae ueluti per cannalē
in omnium uestrū animos influere; multoq; gratiae
coelestis irrigare succo. Id ita futurū confido com
miliones mei charissimi, si pijs uotis purgatas ac
uere sitientes aures adiungetis, eas uidelicet aures,
quas aeternus ille sermo requirēs in euāgelio: Qui
habet, inquit, aures ad audiendū audiat. Nos porro
cur nō audeamus rem hanc arduā quidē illam, sed
tamen piam aggredi? praesertim ipso adiutore deo,
in quo hoc plus potest mortalis infirmitas, quo mi
nus suis nititur uiribus, et in quo Paulus omnia se
posse gloriatur. Iam uero cum tanto studio flagrēt
isti, qui mundanae, hoc est, diabolicae militiae dedere
nomina, ut suū quiq; ducem laudibus uehant: qd no
bis prius, aut antiquius esse debet, q̄ ut praepro
rem, uindicem, imperatorē nostrum Iesum, ac eun
dem quidem omnium, sed tamen peculiariter nostrū,
id est, puerorū principē, certatim pijs celebremus
praconijs. Hunc in primis cognoscere studeamus,
cognitū laudemus, laudatū amemus, amatum expri
mamus atq; imitemur, imitantes eo fruamur, fruē
tes immortalī felicitate potiamur. Sed in tam ube
re, tāq; immēsa rerū copia, unde, quae so, imitiū, aut
ubi finē nostra reperiet oratio? cum is de quo loqui
paramus

Pueris puer
Iesus laudā
dus

CONCIO DE PVERO

paramus, fons sit, uel (ut uerius dicā) oceanus bono-
rum omnium. Verum ut ipse natura incomprehen-
sus & infinitus, tamen sese uelut in arctū cohibuit
contraxitq; itidem & nostra oratio in explicādis
eius laudibus, quæ modū nesciunt, modū tamē ipsa
sibi faciat oportet. Equidē tria potissimum esse ui-
deo, quæ uel discipulorū, uel militum animos solent
ad gnauius agendum inflammare, ea sunt ducis ad-
miratio, amor & premium. Itaq; quo præceptorī
nostro ac duci Iesu studijs alacrioribus pareamus,
agedum singulatim hæc in eo pia curiositate consi-
deremus. Primo loco quā sit suspiciendus undiq;
2. ac stupendus, deinde quā opere diligendus, atq; ob
3. id imitā dus: postremo quā ingens dilectionis fru-
ctus. Ac mos quidem est rhetorum in hoc dicēdi ge-
nere, illustrium principū adhibere exempla, uideli-
cet quo collatione crescat is quē conantur laudibus
attollere. Verum imperator noster usq; adeo super-
rat omne celsitudinis humane fastigiū, ut quicquid
quantūuis egregium adhibueris, tenebras admouet
ris, nō lucem. Cuius enim imagines ac nataliū splen-
dor nō uideatur esse fumus, si cum Iesu componas,
qui quidem ineffabili, immo etiam incogitabili ra-
tione deus à deo semper absq; tempore nascitur, æ-
terno summoq; parēti per omnia equalis? Quāq;
huius uel humana natiuitas nōne facile regum om-

Claritudo
natalium
Christi

IESV AVTORE ERAS. ROT.

nium claritatem obscurauerit? Quippe qui stupēte rerum natura, authore patre, afflāte spiritu, pronubo angelo, citra uirilē operam, uirgo de uirgine coelitus grauida, natus est homo in tēpore, & rursus ita natus homo, ut neq; deus esse desineret, neq; fordiū nostrarum quicquā omnino contraheret. Iam uero quid eo fingi potest amplius, qui infusus per omnia, nullo tamē loco cohibitus, in seipso manet immensus? Quid illo ditius, qui summū illud est bonū, à quo bona promanant omnia, nec tamē ipse diminui potest? Quid illustrius eo, qui splendor est paternae gloriæ, quiq; solus illuminat omnē hominē uenientem in hunc mundum? Quid illo potentius, cui pater omnipotens uniuersam tradidit potestātē in caelo & in terra? Quid efficacius eo, qui simplici nutu condidit uniuersa, ad cuius iussum silescit mare, uertūtur rerum species, fugiunt morbi, cōcidūt armati, pellūtur daemones, seruiunt elementa, scinduntur petrae, reuiuiscunt mortui, resipiscūt peccatores, deniq; nouantur omnia? Quid augustius eo, quem admirantur superi, tremūt inferi, medius hic orbis supplex adorat, ad cuius cōparationē summi reges nihil aliud q̄ uermiculos esse sese confitētur? Quid eo fortius atq; inuictius, qui solus mortē alijs inuictam, sua morte deuicit, ac Satanae tyrannidem coelesti uirtute demolitus est? Quid triūphātius eo,
qui

CONCIO DE PVERO

qui perfractis ac spoliatis inferis, tot pijs comitatus
 animabus, uictor cœlos adiit, ibiq; sedet ad dexterā
 dei patris? Quid illo sapientius, qui tam admirabili
 ratione cuncta cōdidit, ut uel in apiculis, tot tātaq;
 suæ sapiētiæ reliquerit miracula? quiq; tam stupen-
 do rerum ordine atq; harmonia nectit, continet, ad-
 ministrat uniuersa, obiens omnia, nec tamē à seipso
 discedens, omnia mouens ipse immotus, omnia cōcu-
 tiens ipse tranquillus: postremo in quo id quod stul-
 tissimum est, uniuersam mortaliū Sophorum sapi-
 entiam longo superat interuallo. Cuius debet nobis
 esse grauior autoritas, quā eius de quo pater ipse
 palām est testificatus? Hic est filius meus dilectus,
 in quo mihi cōplacui, ipsum audite. Quid æque re-
 uerēdum, atq; is cuius oculis perspicua sunt omnia?
 Quid perinde formidandū atq; ille, qui solo nutu
 potest et animā et corpus in tartara mittere? Quid
 autem formosius eo, cuius multū intueri summa est
 felicitas. Deniq; si multis preciū addit antiquitas,
 quid illo antiquius, qui nec initium habet, nec finē est
 habiturus? Sed fortasse magis conuenerit, ut pueri
 puerū admiremur, quandoquidē hic quoq; stupen-
 dus occurrit, usq; adeo quod illius est infimum, sub-
 limius est ijs quæ sunt apud homines excelsissima.
 Quantus erat ille quem infantulum uagientē, pan-
 nosum, abiectum in præsepe, tamen cœlitus canunt
 angeli

angeli, adorāt pastores, adorat et quæ genuit, agno
 scunt bruta animantia, indicat stella, ueneratur ma
 gi, timet rex Herodes, trepidat omnis Hierosoly
 ma, sanctus amplectitur Symeon, uaticinatur Ana
 na, in spem salutis eriguntur pii. O humilē sublimita
 tem, & sublimē humilitatē. Si noua miramur, quid
 simile unquā aut factū, aut auditū, aut cogitatū? Si
 magna suspicimus, qd nostro Iesu modis omnib. am
 plius, quē nulla creatura possit uel exprimere uo
 ce, uel cogitatione cōcipere. Huius magnitudinem
 qui uelit oratione cōplecti, is multo stultius agat, q̄
 si conetur uastissimū oceanum angusto exhaurire
 cyatho. Adorāda est eius immēsitās magis q̄ expli
 canda, quā uel hoc ipso magis mirari conuenit, quo
 minus assequimur. Quid ni nos id faciamus, cū ma
 gnus ille præcursor indignū sese pronūciat, qui cor
 rigia calciamentorū eius soluat? Agite igitur pueri
 suauissimi, hoc inclyto puero Iesu præceptore, hoc
 tam insigni duce, sancta superbia gloriemur, huius
 sublimitas nobis ad pie audendum animos addat, in
 hoc uno nobis ipsi placeamus, ut existimātes illius
 omnia nobis esse cōmunia, nos ipsos meliores arbi
 tremur, q̄ qui semel tali addicti imperatori, mundo
 uitij sūc, sordidissimis utiq; dominis seruiamus.

Adoranda
 potius quā
 explicanda
 maiestas
 Iesu

CONCIO DE PVERO

SECUNDA PARS

Sed admirantur, & cōtremiscunt etiam dēmones, amant soli pīj. Quamobrem altera huius orationis pars, ut propius ad uos pertinet, ita est attentioribus auribus accipiēda, uidelicet quot nominibus Iesus sit nobis amādus, uel redamādus magis, ut qui nos et nondum cōditos ante omne tēpus amārit in se, in quo iam tūc erant omnia. Itaq; natua sua bonitate cum nihil essemus, nos finxit: finxit autem non quod uis animal, sed hominem, & finxit ad sui ipsius imaginem, hoc est, summi boni capaces, ac sacro sui oris afflatu spiritum uitalē indidit. Ad hęc ceteris animantibus imperio nostro parere iussis, quinetiam angelis in nostri tutelam designatis, lap-tissimam hanc ac pulcherrimam mundi fabricā nostris addixit usibus. In qua nos uelut in admirabili hominis quodam theatro constituit, ut in rebus creatis opificis sapientiā admiraremur, bonitatē amaremus, potentia ueneraremur, quoq; id magis fieret, tot animi dotibus ornauit, tā perspicaci ingenij lumine cōdecorauit. Quid hoc animāte fingi poterat, uel admirabilius, uel felicius? Sed o semper felicitatis comitem inuidiā. Rursum serpētis astu in peccatum, hoc est, plusquā in nihilum relapsus est miser. Sed hic tu rursus optime Iesu, q̄ ineffabili consilio, quā inaudito exemplo, quā incomparabili charitate tuum figmentum

IESV AVT. DES. ERAS. ROT.

figmentū restituiſti? Nam ita reſtituiſti, ut labi pro-
pmodum expedierit, eamq; culpam quidā non abſ-
ſurde felicē uocauerit. Omnia debebamus cōditori,
at reparatori pluſquā omnia debemus. Vltro temet
ipſum ē regno patris in hoc noſtrū exilium demiſi-
ſti, ut nos ē paradifo exactos, cœli ciues redderes:
noſtrā humanitatē aſſumpſiſti, ut nos in tuæ diui-
nitatis conſortium aſciſceres: noſtrum hunc limum
induīſti ut nos immortalitatis gloria uestires: no-
ſtra teſtus forma, nobiſcū in hoc calamitoſo mundo
cōplures annos agere uoluīſti, ut uel ſic in tui rape-
res amorē: nudus in hāc lucem, imō noctem emerſi-
ſti, nobiſcū atq; adeo pro nobis uagiſti, ſitiſti, eſuri-
ſti, aſiſti, eſtuaſti, laboraſti, deſtaſtus es, egiſti, ui-
gilaſti, ieiunaſti, tot malis noſtris obnoxius eſſe uo-
luīſti, ut nos ab omnibus exemptos malis, in tui, hoc
eſt ſummi boni cōmunionē aſſereres. Deinde per om-
nem ſanctiſſimæ uitæ tuæ ſeriem, q̄ efficacius exem-
plis animos noſtros inflāmas? q̄ ſalutaribus præce-
ptis erudis ac formas? quā ſtupendis miraculis ex-
pergeſcis, quā blandis monitis trahis? quā cer-
tis promiſſis inuitas? ut non ſit alia commodior uia
ad te, niſi per teipſum, qui unus es uia, ueritas, et uē-
ta. Sed uiam non indicaſti modo, uerum etiam ape-
ruiſti, dum pro nobis, uinciri, trahi, dānari, rideri,
cœdi, conſpui, uapulare, probris affici, demū in ara

CONCIO DE PVERO

crucis agnus sine macula immolari uoluisti, ut nos
 tuis uinculis solueres, tuis sanares uulneribus, tuo
 lauares sanguine, tua morte ad immortalitatē euehe
 res. In summa totum te nobis impēdisti, ut tui (si fie
 ri posset) iactura nos perditos seruares: uite redē
 ditus, toties tuis apparuisti, atq; illis intuētibus pa
 trem repetisti, ut membra cōsiderent eō se peruētū
 ra, quo caput iā præcessisse cōspicerēt: deinde quo
 magis confirmares amicos, patre placato, egregiū
 illud perpetui amoris tui pignus misisti, sacrū illum
 spiritum, quo mortui mundo, lōge uerius ac felici
 us iā uiueremus in te, quā nostrō hoc spiritu ui
 uimus. Quæso quid his summæ charitatis argumētis
 poterat accedere? Ne hæc quidē tam multa, tam ma
 gna flagrātissimo tuo in nos amoris fat erat. Quis es
 nim cōmemorare possit, quot martyrum mortibus
 nos ad huius uite contēptū animas? quot uirginū
 ad exēplis continentia accendis? quot sanctorū mo
 numētis ad pietatē sollicitas? q̄ admirandis ecclesiæ
 tuæ sacramētis cōmunis pariter ac ditas? ut cōsolat
 laris, erigis, armas, doces, mones, trahis, rapis, mu
 tas, trāsformas nos arcanis tuis literis, in quibus ui
 uas quasdā tui scintillulas condi uoluisti, magnum
 amoris incēdiū excitaturas, si q̄ modo pia diligētiā
 Peccantes conetur excutere. Deniq; q̄ undiq; nobis obuius es,
 toleras ne quādo liceat obliuisci tui. Ad hæc quā paterne
 toleras

toleras peccantes, quàm clementer recipis ad te re-
 deuntēs? nec imputas benefacta tua gratis, nec resi-
 piscētibus nostra imputas malefacta: ut subinde ta-
 citis uellicis ac trahis instinctibus? ut emendas ad-
 uersis? ut allicis prosperis? ut omnē moues lapidē? ut
 nusquā cessat ardentissima charitas in fouēdis, asse-
 rendis, tuendis, beandis nobis? Sed quàm pauca de
 tam innumeris perstrinximus commilitones? & ta-
 men uidetis quàm sit immensus beneficiorū acer-
 uus. Eat nunc qui uolet, & Pyladas, Horestes, Pir-
 thoos, Theseos, Damonas ac Pythias uerbis phale-
 ratis efferat, mera præ his nugamēta. Atq; hæc qui-
 dem cōtulit ultro nihil promeritis, imò transfugis
 atq; hostib. et à quibus nihil omnino mutui beneficij
 redire poterat. Si mediocribus officijs homines ad
 amandum hominē accendimur, hunc conditorem,
 uindicem, sic amantem, sic promeritum, non saltē
 redamabimus? quando quidem hanc solam gratiam
 ille à nobis reposcit, quam tamē ipsam in nostrum
 refundit lucrum. Adamas sanguine mollescit hirci-
 no: aquilæ, leones, pardi, delphines, dracones agno-
 scunt ac referūt beneficiū, et ó duritiā cordis huma-
 ni plusquā adamātinā, si tam inaudita charitate nō
 mitescit: ó ingratitudinē plusquam beluinam, si tan-
 torum meritorū potest obliuisci: ó singularē impu-
 dentiam dicā an potius demētiam, si sic conditus, sic
 restitus

CONCIO DE PVERO

restitutus, sic locupletatus, tanta obrutus beneficē-
tia, ad tantas uocatus spes, quicquā amare potest,
præter illū unū, in quo, & à quo sunt omnia, quiq;
nobis omnia secū impertit. Porro autem quāquam
hæc mortalis omnis complectitur, tamen nos illi pe-
culiariter debemus, propterea quod in nostrū, hoc
est puerorum ordinem, singulari quadā propensio-
ne atq; indulgētia fuisse sese pluribus declarauit ar-
gumētis. Primum quod ita ut erat uatum oraculis
promissus, puer paruulus nasci uoluit, cum esset im-
mensus. Præterea quod adhuc uteri uirginei late-
bris inclusus, infantis item nondum nati gestu, atq;
exultatiōe gaudis est salutari. Deinde quod statim
innocentiū puerorum sanguine suam natiuitatē uo-
luit consecrari, ut his quasi uelitibus, dux inuictus
bellū auspicaretur. Adde his, quod instante mortē
triūphali Hierosolymā ueniens, puerorū occursum
atq; officio decorari, puerorum uoce suas laudes de-
cantari maluit. Iam uero quā amantē, quāq; so-
licitum puerorum patronū agit, cum matribus in-
fantes suos offerentibus, ut Iesu cōtactu cōsecraren-
tur, discipulis ne possent admitti uetantibus indi-
gnās: Simite, inquit, paruulos uenire ad me. Neq; ue-
ro pueris benedixit tantum, uerum etiam negat ulli
mortaliū aditū patere in regnū cœlorū, nisi qui ad
paruulorū formā descēderit. Rursum quā amāter

Illud? cū tam grauit̃ deterret ab offendēdis pu-
 fillis, affirmans magis expedire, ut molari saxo col-
 lo alligato p̃ceps in mare detur aliquis, quā ut
 unū quemlibet ex his paruulis offendat. Atq; his q̃
 inſigne addidit elogiū ad puerorum commendatio-
 nem? Amen dico uobis, angeli eorū ſemper uident
 faciem patris. Gratias agit tibi tuus, tibiq; dicatus
 grex Ieſu p̃ceptor, cui quaſo ut ſacras tuas ma-
 nus ſemper admouere uelis, & ab omni ſcādalo pro-
 cul arceas. Quid illud? nōne magnū amoris indi-
 ciū, cū puero in medio collocato, diſcipulis eū exem-
 plum proponit? Niſi, inquiēs, cōuerſi fueritis, et ef-
 ficiamini ſicut paruulus iſte, nō intrabitis in regnū
 cœlorū. An nō eodē ptinet? cū Nicodemo ſciſcitāti,
 qua uia poſſit ad uitā immortalē pertinere, iubet
 ut renaſcatur, hoc eſt in puerum redeat. Vſq; adeo
 Chriſto duci noſtro placuit infantia, ut ſenes etiā co-
 gat repuerāſcere, ſi modo uelint in illius admitti cō-
 ſortiū, extra quē nulla ſalutis ſpes eſt. Neq; uero à
 Chriſto diſſonat Petrus, cū admonet ut tanq̃ nuper
 editi infantes lac cōcupiſcamus. Neq; diſcrepat Pau-
 lus, Filioli mei, inquiēs, quos iterū parturio, donec for-
 matur Chriſtus ī uobis. Idē paruulos in Chriſto la-
 ſte potat. Multa ſunt id genus loca in myſticis lite-
 ris. Oīno Chriſtianism⁹ nihil aliud eſt q̃ renaſcētia
 q̃ repuerāſcētia quædā. Magnū igitur pueri, magnū
 q 4 pueritiæ

CONCIO DE PVERO

pueritiæ sacramentū, qua Iesus tā opere delectatus est. Nō contemnāmus etatē nostram, quam uerus ille rerū æstimator tanti fecit. Tantum demus operam, ut eiusmodi simus pueri, cuiusmodi diligit Iesus, diligit autem innocuos pueros, dociles, simplices: atq; illud interim meminerimus, hāc deo gratā

Pueritia puericiā non in annis esse sitā, sed in animis: non in
præpostera temporibus sed in moribus. Est enim præposterum quoddā nobisq; magnopere fugiendū puerorū genus, qui mento leui, mente sunt hirsuta, & etate im puberes, uitiosa astutia senes sunt. Est igitur nouum

Pueritia no quoddā pueritiæ genus, quod à Christo probatur,
ua & Chri, puericia citra puerilitatē, & omnino senilis quæ dā

stiana puericia, quæ nō annorū numero constat, sed innocentia, sed ingenij simplicitate. An nō id palā indicat Petrus cū ait, Deponentes igitur omnē malitiā, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & detractiones, sicut modo geniti infantes ratiocinabile et sine dolo lac cōcupiscite, ut in eo crescatis in salutem. Cur addidit rationabile? Nempe ut excluderet stulticiam, quæ huius ferè etatis cōsueuit esse comes. Cur detrahit inuidias, simulationes, ac reliqua id genus uitia, quæ senū sunt quasi peculiaria? nimirum ut intelligeremus Christi pueros simplicitate ac puritate æstimari, nō natalibus. Ad eundē modū & Paulus: Malicia, inquit, paruuli estote, sensibus

autem

autem perfecti. Quanquam est omnino in ipsa pueri natura
 rorum ætate natiua quædam bonitas, ac uelut uita bonitas
 bra quædam, ac simulachrum innocentie, uel spes
 potius atq; indoles futurae probitatis. Mollis, & in
 quemuis habitum sequax animus, pudor optimus
 innocentie custos, ingenium uitæ uacuum, corporis
 nitor, ac ueluti flos quidam uernantis æui, & ne
 scio quomodo quiddam spiritibus cognatum ac fa-
 miliare. Neq; enim temere fit, ut quoties appareret an-
 geli, puerili specie sese offerant oculis: quin etiã ma-
 gi, siquãdo suis incantamentis spiritum eliciunt, in
 puerile corpus feruntur accersere: at quanto liben-
 tius spiritus ille diuinus pijs ac sanctis euocatus uo-
 tis, in huiusmodi domicilia demigrabit. Ergo ad
 has naturæ dotes, si accesserit summi illius & ab-
 soluti pueri imitatio, tum demũ et grati in illum, &
 illo digni pueri uidebuntur. Etenim sic promeritũ quod
 possit nõ amare? Verũ enim uero ea ueri amoris uis
 est, ut eius quẽ ames quod simillimus esse cupias. Quod
 si in nobis efficit amor humanus, quantũ emulandi
 studiũ excitabit amor diuinus, cui ille collatus, uix
 amoris umbella est? Proinde si uere atq; ex animo,
 nõ uerbotenus Iesum amamus, Iesum pro nostra ui-
 rili conemur exprimere, uel potius in illũ trãsfor-
 mari. Quod si uirũ assequi nõ possumus, saltẽ pueri
 puerũ imitemur. Quãq; hoc ipsum facinus est haud

CONCIO DE PVERO

Qua quā puerile, imò senilibus etiam uiribus maius,
sed quod serè nusquā succedat felicius quā in pue-
ris. Etenim quoties negociū ab humano pēdet prae-
sidio, tum robur, etas, sexus expēditur: uerum ubi
gratie res agitur, nō naturæ, tum hoc efficacius ex-
erit sese miraculū spiritus, quo minus erat opis ac fi-
ducie in carne. Deniq; quid dubitemus aut diffida-
mus ipso formante, fingente ac transformāte nos,
quē conemur exprimere? Quis Danieli puero tan-
tum addidit prudentiæ? quis puero Solomoni tantū
tribuit sapientiæ? quis tribus illis pueris tantū ada-
iunxit tolerantiae? quis puerū Heli, dignū diuino se-
cit alloquio? quis Nicolao puero? quis Aegidio? quis
Benedicto? quis Agneti? quis Cecilie? quis tot tam
teneris uirgunculis, tam masculam atq; inuictā uir-

Ubi minus tutem dedit? Profecto nō natura, sed gratia. Et ubi
natura, ibi minus succurrit natura, ibi mirabilius operatur
mirabilius gratia. Hac igitur freti, magno animo studiū emus
gratia ope- landi puerū Iesum capeſſamus, nec unquā oculos ab-
ratur eo uelut à scopo deslectamus. Absolutum exemplar
habemus, nihil est quod aliū de petere oporteat. Om-
nis illius uita, quid nos sequi debeamus clamat.
Quid aut docuit puer ille purissimus, de purissima
uirgine natus? nisi ut omnē huius mūdi spurcitiā et
inquinamēta uitemus, atq; angelicam quandam ui-
tam iam nūc in terris meditemur, hoc est, id esse me
ditemur

IESV AVT. DES. ERAS. ROT.

ditemur, quod illic semper sumus futuri. Porro spiritus Iesu cum omnes sordes auersatur, et odit, tum precipue beluinam illam, et prorsus homine indignam libidinem. Quid autem docuit nos, natus peregre, editus in tuguriolo, abiectus in praesepe, panis inuolutus nisi ut semper meminerimus, nos hic paucorum dierum hospites esse, utque calcatis opibus, spreteis mundi falsis honoribus, per pios labores ad coelestem illam patriam expediti festinemus, in qua iam nunc animo uiuamus oportet, etiam si corporeis interim pedibus terram contingimus. Rursum quid admonuit in Aegyptum aufugiens nisi ut inquinatorum commercium modis omnibus deuitemus, qui Iesum in nobis, hoc est innocentiam, ac mundi neglectum, conantur extinguere. Quid uero docuit circuncisus, nisi ut omneis carnis affectus, ad Christum properantibus obstrictos amputemus, ac tamquam in nobis ipsis mortui, solo IESV spiritu ducamur ac uegetemur? Quid docuit oblatus in templo, nisi ut totos nos ab ipsa iam infantia deo, rebusque sacris dicemus consecremusque, ac protinus recenti adhuc mentis testa Iesum imbibamus? Neque enim ulla aetas ad discendam pietatem immatura est, immo non alia est magis tempestiua ad discendum Christum, quam ea quae mundum adhuc nescit. Iam ipsi apud uos aestimate pueri, puer ille sic natus, sic deo dicatus, quam sanctis studiis totam puericiam

Libidinem
odit Iesus

CONCIO DE PVERO

puericiam transegerit. Non ocio, non cibo, nō somno, non ineptis lusibus, nō stultis fabulis, nō euagationibus, quemadmodum puerorū vulgus facit, sed aut parentum obsequijs, aut sacris orationibus, aut auscultandis doctoribus, aut pijs meditationib. aut sanctis ac serijs cū equalibus pueris colloquijs. An non hæc, & multa similia summam cōplexus est sanctus Lucas? cū scribit ad hunc modum. Puer crecebat, & cōfortabatur plenus sapientia, & gratia dei erat in illo. An non palam uidetis nouum puericie genus? De pristinis pueris dictum est. Stulticia colligata est in corde pueri. De nouo hoc auditis, plenus sapiētia. Quid adhuc etatis inscitia pretextimus? cū audiamus non sapientē, sed plenū sapientia puerū. Videte ut omnē rerum ordinē hic puer inuertit, qui loquitur in Apocalypsi: Ecce ego noua facio omnia. Perditur sapientia senum, ac prudētia prudētū reprobatur, ac pueri implētur sapiētia. Nō mirū hoc nomine gratias agēs patri, Quoniā, inqt, abscondisti hæc à sapiētibus et reuelasti ea paruulis. Porro ne stultā huius mūdi ac fucatā sapientiā affectaremus, prius adiecit: Et gratia dei erat in illo. Is uero demū sapit, q̄ mūdo desipit, & nil nisi Christi sapit. Is nō ē philosophorū libris, nō ē Scoticis argutijs, sed syncera fide cognoscitur, spe tenetur, charitate deuincitur. Iam uero q̄ multa docuit nos,

ubi

IESV AVT. DES. ERAS. ROT.

ubi duodecim natus annos, à parētibus furtim sub/
 ducit sese, ne inter notos quidē, ac propinquos re/
 pertus, post triduum deniq; inuētus est. Sed ubi tan/
 dem inuētus? Nū in circulis? num in choris? num in
 uijs aut foro? Audite pueri, ubi repertus sit Iesus,
 relictis parētibus quodāmodo fugitiuus, et ubi uos
 uersari cōueniat intelligetis. In templo, inquā, in/
 uentus est, in medio doctorum sedens, audiens illos,
 ac uicissim interrogans. Quid docuit nos Iesus his *Quæ doceo*
 tam admirandis factis? Non dubium quin rem ma/*at Christus*
 gnā, rem seriā, rem imitandā docuerit. Quid au/
 tem? quid? nisi ut grādescēte in nobis Christo, quā/
 do quidē & in nobis nascitur, & habet suos etatū
 gradus, donec occurrāmus in uirum perfectū, & in
 mensurā plenitudinis eius. Ergo cū grandescit in
 nobis, docet ut naturales parentum & amicorū af/
 fectus in deū transferāmus, nihil hic amemus, nihil
 miremur, nisi in Christo, et Christū in omnib. Me/
 minerimus nos uerum patrē, patriā, cognatos, ami/
 eos habere in cœlis. Verū ne quis imaginetur hunc
 parentum neglectum, fastum, aut inobedientiā sape/
 re, consequitur, & erat subditus illis. Immo nemo su/
 os parētes uerius amat, nemo magis pie colit, nemo
 obseruātius morem gerit, quā qui sic contemnit.
 Quid autē est sedere in templo, nisi in rebus sacris Sedere in
 conuiescere, et ad discendum animum ab omnibus templo
 tranquilo

CONCIO DE PVERO

tranquillū curis adferre? Nihil autem uitij est tur-
bulentius, & ocium ac quietem amat sapientia. Iam
à quo tandem nos grauemur discere, quā attētas
aures præceptori præbere conuenit, cum puer ille
coelestis, sapiētia dei patris, in medio doctorum se-
deat, audiens uicissim, ac respōdens, sed ita respon-
dens, ut omnes eius sapientiam admirarentur. Neq;
id mirū, cum is esset ad quem omnis mundi sapien-
tia stulta est. Præclara res legum prudentia, egre-
gia res philosophiæ cognitio, suspiciēda res theolo-
giæ professio, uerū si quis Iesum audiat, illico stulte
scūt omnia. At nostra respōsio, si sapiētiæ miracu-
lum excitare nō potest, certe sapiat modestiā, sonet
innocentiā. Rursum obsecro, q̄ morigeros, quā ob-
sequentes nos esse decet parentibus ac præceptorib;
bus, quos potiores uelut ingenij parētes habemus,
posteaquam ille dominus omnium, cum à parētibus
nō intelligeretur, tamē subditus illis redierit in Na-
zareth. Debetur hoc pietati, debetur parentū reue-
rentiæ, ut aliquoties illorum uoluntati cōcedamus,
etiā si nos meliora uiderimus. Sed iam operæ pre-
cium est audire, quā apto fini Lucas Iesu puericiā
cōcluserit: Et Iesus, inquit, proficiebat sapiētia, et a-

Cum etate te, et gratia apud deū, et apud homines. Quā mul-
pietas au- ta, quā paucis nos docuit? Primum cum etatis ac-
geatur cessione, pietatis itē accessione oportere copulari.

ne illud

IESV AVT. DES. ERAS. ROT.

ne illud in nos iure dici possit, quod in hominū uul-
gus diuus dixit Augustinus: Qui maior est etate,
maior est iniquitate. Nēue in hoc pulcherrimo cer-
tamine unquā restemus, aut nos affecutos arbitre-
mur: sed in morem currentiū in stadio à tergo reli-
cta negligētes, in anteriora nitamur, ac semper à bo-
nis ad meliora, à melioribus ad optima proficere
conemur, donec ad metā, hoc est, huius uitæ finē per-
uentū erit. Socrates admodū senex perinde quasi ni-
hil sciret, ita semper & à quouis discere sitiebat. Ita
dem & nos quo magis in Christo fuerimus, hoc mi-
nus nobis placebimus, si modo uere in illo fuerimus
progressi, adeo *Ελαυντῖα* pestis est et studiorū &
pietatis, ac iuxta Fabiū, præcox illud ingeniorū ge-
nus nō temere peruenit ad frugē, uel eruditiōis, uel
innocētiæ. Equidem nec ordinē ociosum esse puto,
apud deū, & apud homines, ut intelligamus in pri-
mis dandā operā, ut uita nostra deo placeat: id agē-
tes, humanus fauor ultro consequetur. Nihil enim
uirtute pulchrius, nihil amabilius, quā laus hoc ma-
gis sequi solet, quo minus appetitur. Paucis ut pos-
tuimus uobis expressimus exēplar pueri, quē & a-
mare plurimum, & imitari studio sissime debemus.
Atq; omnino tantū uidebimur amare, quātū fueri-
mus imitati. Rursum tātō plenius imitabimur, quā-
to amabimus ardentius. Proinde hoc ipsum ab illo
quotidianis

T O C O N C I O D E P V E R O

Christus pri-
mo discēdus
 quotidianis ac puris precibus flagitemus, ut nobis
 donet amore sui flagrare, sui similes euadere, hoc
 est, castos, puros, incontaminatos, mites, simplices,
 tractabiles, expertes fuci, ignaros doli, nescios inui-
 diæ, parētibus morigeros, præceptoribus dicto au-
 diētes, mūdi cōtēptores, rebus diuinis addictos, pijs
 literis intentos, nobis ipsis quotidie meliores, pro-
 batos superis, gratos hominibus, odore bonæ famæ
 q̃ plurimos ad Christū allicientes. Hæc, inquā, assi-
 due flagitemus, hæc manib. pedibusq; conemur, dū
 habilis ætas, breui alioqui fugitura. Etenim si recte
 monuit Fabius, optima statim ac primo discēda, qđ
 prius disci debet, quā Christus, quo nihil est me-
 lius? imò quid aliud discere oportet Christianum,
 quā eū uirum quem nosse uita est æterna? quem
 admodum ipse testatur, patrem orans in euāgelio.
 Id si curabimus, utcunq; pro utrili gratiam referē-
 mus, tā singulariter de nobis merito, & illi referē-
 do gratiam, ipsum nobis lucrificiemus. Referemus
 autem hoc plenius, quo uehemētius redamabimus.
 Porro hoc magis illū redamabimus, quo magis ui-
 ta ac morib. exprimemus. Iam quo magis exprime-
 mus, hoc magis ipso locupletabimur.

T E R T I A P A R S

A
 T interim nōnullis forsitan succurret ani-
 mo durā hāc esse militiā, repudiatis oībus.

IESV AVT. DES. ERAS. ROT.

cum Christo crucē tollere. Sed memineritis fratres Mundus ab
 dilectissimi, lōge diuersam mundi et Christi esse na initio blan
 turā. Mūdus ceu fucata meretrix, prima frōte blan dus
 dus nobis, & aureus occurrit, postea quo īgrediare
 altius, quo propius inspicias, hoc magis ac magis te
 tra, putrida, fellita sunt omnia. E diuerso Christus
 procul intuentibus durior apparet, dum cruces ui
 demus, dū uoluptatū ac uitæ contēptum. Verum si
 quis fidenti animo totū sese in illū reijciat, reperiet
 nihil esse mollius, nihil expeditius, nihil dulcius.
 Nisi forte uerū non dixit ueritas in euāgelio, cum
 ait: Tollite iugū meū super uos, et inuenietis requiē
 animabus uestris: iugū enim meū suauē est, & onus
 meū leue. Hec nimirum uere est ardua illa uirtutis
 uia, quam & olim tanto ante Christum utcūq; som
 niavit Hesiodus, primo aditu asperior, progressu
 semper et facilior, et amœnior. Sed quid tandē aspe
 rum uideri potest, quo ad tam ingēs, tam certū itur
 præmium? Si, iuxta sapientis dictū, spes præmij mi
 nuit uim flagelli, quis in hac momentanea uita, non
 leue, nō dulce iudicet, quo cœlestem illā, et nunquā
 desiturā sibi paret uitam, æternū regnare cū Chris
 sto, assidue summū illud intueri bonū, uersari in an
 gelorum cōtubernio, ab omni malorū metu procul
 abesse? Quis oro tantum hoc præmium, non uel sex
 centis mortibus emptum uelit? At qui hoc tantū do
 natium

CONCIO DE PVERO

donatinū pollicetur militibus suis imperator noster
 Iesus, qui neq; fallere potest, neq; mētiri nouit. Iana
 apud uosmetipsos expendite fructus eternitatē, ac
 magnitudinē, contra quā breue huius militiae ten-
 pus, nimirū haud longius ipsa uita, quæ quid aliud
 est q̄ uapor ad exiguum tempus apparens, aut uni-
 us horæ somnium? Sed agendum de hoc interim in æ-
 stimabili præmio sileamus, atq; inspiciamus q̄ abun-
 de magna mercede dux noster militū suorū labores
 etiam in hac uita cōpenset, quamq; disparem metāt
 messem qui mundo militāt, & qui merent sub Chrī-
 sto Iesu. Audiamus quid ipsi dicant impij in libro
 Sapientia: Lassati sumus in uia iniquitatis & perdis-
 tionis, ambulauimus uias difficiles, uiam autem do-
 mini ignorauimus. Ille fat mūdus fucatis bonorū sū-
 mulacbris, quæ nihil aliud sunt, q̄ mellita uenena.
 Mox attractos, & uelut in auctoratos, deū immortā-
 lem, in quas curas, quas sollicitudines, quas turbas,
 quæ dispēdia, quæ dedecora, in quam cōscia mētis
 carnificinā, in quā infelicē exitū miseros adducit
 ut hic quoq; iam abunde magnas impietatis pœnas
 dedisse uideātur, etiam si nulli cōsequantur inferi.
 At qui reiectis mūdi fucis, in Iesum hoc est summū
 bonū, omnē amorē, curā studiūq; trāsferunt, to-
 tiq; ab illo pēdent: ij iuxta promissum euāgelicū,
 non modo uitā eternā possidebunt, uerum etiam in

Sap. 5.

IESV AVT. DES. ERAS. ROT.

hoc seculo centuplum accipient. Quid est autē ac? Centuplum
 cipere centuplū? Nēpe pro fucatis bonis, uera: pro recipere
 incertis, certa: pro fluxis, aeterna: pro ueneno timē
 tis, sincera: pro curis, ocium: pro solitudine, fidu
 ciam: pro turbulentia, tranquillitatē: pro dispēdijs,
 utilitatē: pro flagitijs, integritatē: pro conscientiae
 cruciatu, secretū et ineffabile gaudiū: pro turpi atq;
 infelici exitu gloriosam ac triumphalē mortē. Spre
 uisti diuitias amore Christi, in ipso ueros inuenies
 thesauros: reiecisti falsos honores, in hoc longe cris
 honoratior: neglexisti parentū affectus, hoc indul
 gentius fouebit te pater uerus, qui est in cœlis: pro
 nihilo habuisti mūdānam sapientiā, in Christo lon
 ge uerius sapiēs ac felicius: aspernatus es pestiferas
 uoluptates, in ipso multo alias inuenies delicias. Bre
 uiter ubi arcanas illas, sed et ueras opes Christi, dis
 pulsa mūdi caligine uideris, omnia quæ prius arri
 debāt, quæ sollicitabāt, ea nō solum nō admiraberis,
 sed perinde ut pestes quasdā fugies, reijcies, auersa
 beris. Fit enim mirū in modū, ut simul atq; cœlestis
 illa lux animos nostros penitus attigerit, protinus
 noua quēdā rerum omnium facies oboriatur. Itaq;
 quod paulo ante dulce uidebatur, nūc amarescit: qd
 amarū, dulcescit: quod horrendū, blanditur: quod
 blandiebatur, horrescit: quod splendidū ante, nunc
 sordidum: quod potens, infirmū: quod formosum,
 desor

Præstigia
 mundi Chri
 stus dissipat

CONCIO DE PVERO

deforme: quod nobile, ignobile: quod opulentiū, egenum: quod sublime, humile: quod lucrum, damnum: quod sapiens, stultū: quod uita, mors: quod expetendum, fugiendū, & contra. Vt repēte mutata rerum specie, nihil minus esse iudices, q̄ id quod esse uidebantur. Ergo in uno Christo compēdio ac uera reperiūtur omnia bona, quorū inanes ac mēdaces imagines & umbras, ceu pręstigias mūdus hic ostendit, quas miserū mortaliū uulgus, tāto animi tumultu, tantis dispendijs, tantis periculis per fas nefasq; persequitur. Quā obsecro beatitudinē cum hoc animo cōferre queas? qui iam liber sit ab errore, liber ab affectibus, securus, semper gaudēs ob testimoniū conscientie, nulla de re sollicitus, altus, sublimis, ac cælo p̄ximus, iāq; supra sortē humanā, qui in Christo excelsissima petra nixus, omnes huius seculi furcos, tumultus, pcellas ex alto rideat, negligat, uel potius cōmiseretur. Quid autē timeat is, qui propugnatorē habeat deū? ignominiā? at summa est gloria pro Christo ignominiā pati. paupertatē? at opū sarcinā lubēs abijcit, quisquis ad Christū properat. mortē? at ea maxime in uotis est, per quam scit sese ad immortalem uitā esse transmittendū. Qua de re sit sollicitus, cuius pater cœlestis etiā pilos habet annueratos? Quid autē cupiat is, qui in Christo possidet omnia? quid enim nō cōmune mēbris & capitis

Christus
firmat

IESV AVT. DES. ERAS. ROT.

Iam uero quāta est hominis non modo felicitas uerum etiā dignitas, uiuum esse membrum sanctissimē corporis ecclesiæ, idem esse cum Christo, eandē carnem, eundē spiritum, cōmunem cum illo habere patrem in cœlis, Christum habere fratrem, ad cōmunem cum illo hereditatem destinatum esse, breuiter iam non hominē esse, sed deum? Adde his gustum quendam felicitatis futuræ, quē piæ mentes subinde percipiunt. Hæc nimirum uiderat, hæc senserat propheta, cum ait: Nec auris audiuit, nec oculus uidit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparasti deus diligentibus te. Proinde charissimi sodales si dabimus operā, ut uere Christi mēbra simus, iuxta illud propheticum dictū: Iustus ut palma florebit, etiā in hac uita perpetua quadā adolescentia uernabimus, non animo tantū, uerum etiā corpore. Etenim quēadmodum floridus ille Iesu spiritus in nostrū spiritū redundabit, ita noster uicissim in suū corpus influet, & quo ad fieri potest, in sese trāsformabit. Nec poterit tantus animi ac corporis nitor uestiū sordes ferre. Nam animus noster habitaculū est dei, animi domiciliū est corpus: porro uestis & ipsa corporis quodammodo corpus est. Ita fiet, ut capitis puritati totus homo respōdeat, donec perfecta hac uita ad immortalitatem traducatur.

Gustus felicitatis future

CONCIO DE PVERO IESV
EPILOGVS.

A Gite igitur optimi cōmilitones, ad hāc tam felicitatē summis uiribus enitamur, dum nostrū Iesum unū admiremur, quo maius nihil esse potest, imò sine quo nihil est omnino magnum. Hūc amemus, quo nihil esse melius potest, imò extra quē nihil est omnino bonū: Hunc imitemur, quod solus est uerū et absolutū pietatis exēplar, extra quē quisq; sapit, desipit: Huc uni inhereamus, hūc unū amplectamur, hoc uno fruamur, ī quo est uera pax, gaudiū, trāquillitas, uoluptas, uita, immortalitas. Quid multis, summa bonorū est omniū. Extra hūc nihil suspiciamus, nihil amemus, nihil appetamus, huic uni placere studeamus. Meminerimus nos sub illius oculis, & illius angelis testibus quicquid agimus agere: zelotypus est, nec ullas mundi sordes patitur. Quare purā & angelicam in illo uiuamus uitā, ille sit nobis in corde, in ore, in omni uita. Hūc penitus sapiamus, hunc loquamur, hunc moribus exprimamus. In illo negocium, ocium, gaudiū, solatium, spem, præsidiū omne collocemus. Hic a uigilantium animis nūquā discedat, hic dormiētibus occurret. Hunc & literæ nostræ, & lusus etiam sapiant, per hunc & in hoc crescamus, donec occurramus in uirū perfectū, & gnauius obita militia, per petuū cum illo triumphū agamus in coelis. Dixi.

FINIS.